# Band XI., Nr. 5126, Seite 138-139

*Kloster Ottobeuren tauscht Güter mit Kloster Rot.*

## Memmingen, 1298. Mai 6.

Universis presentem paginam inspecturis Conradus dei gratia abbas totusque conventus monasterii Ottenburensis fidem adhibere credulam infrascriptis. Cum hominum etas in centri sui puncto sic sedula se retorqueat revolutione, quod e futuri temporis successione oblivio preteritorum suprepit, expedit ut acta digna memoria scripture amminiculo permaneant incorrupta. Pateat ergo universis et singulis presentem paginam inspecturis, quod nos unanimi consensu animo predeliberato ac saniori ducti consilio cambiendo permutavimus bonum quoddam quod nos contingebat in Berchain dictum in der Kammer honorandis in Christo dominis . . abbati et cenobio in Rotha ordinis Premonstratensis Constantiensis diocesis pro bonis quibusdam dictis zum Verzlisgraben nobis magis apte locatis et fructuosioris provisionis. Ut autem predicti boni plena et libera deinceps gaudeant possessione, presentes nostrorum sigillorum munimine roboratas eis dedimus in testimonium super eo.

Datum Maemmingen, anno domini MCCLXXXXVIII., II. nonas Maii.

## Überlieferung und Publikationen

**Editionen:**

Stadelhofer: Historia collegii Rothensis, Bd. 1, S. 138.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Memmingen

**Aussteller:**

Ottobeuren; Kloster

**Ortsindex:**

Berkheim Wohnplatz (17097)

Berkheim, BC

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Memmingen, MN

Ottobeuren, MN

Rot an der Rot BC

Rot an der Rot Gemeinde (17494)